



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. A quibus Iudicibus appellari potest, vel non?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quo appellatum fuit, executionem inhibeat) ita ut Iudex à quo, non deferens tali appellationi, quantumvis probabili, non puniatur, nec attentata post talem appellationem revocentur à Iudice ad quem per viam nullitatis, licet possint revocari per viam querelæ.

Potest autem causas cum hac clausula, *appellatione remotâ*: committere solus Pontifex, tanquam Iudex supremus in causis Ecclesiasticis: in causis verò profanis & inter Laicos solus Imperator, aut alius Iudex, qui superiorem in temporibus non agnoscit. *c. super questionem. 27. §. si verò. de offic. Iud. deleg.* (neque enim inferior jus superioris, ad quem appellari potest, tollere potest) & clausula hæc in rescripto, plures articulos continente, qui à se invicem dependent, si ab uno eorum removeatur appellatio, etiam in aliis ejusdem rescripti articulis non concessa censetur, cum ad causam principalem, quæ committitur *appellatione remotâ*: omnes eodem modo se habeant. *c. secundò requiris. 41. h. t.* quòd si verò plura diversa negotia seu causæ non connexe in eodem rescripto ponantur, attendi debet, ubi ponatur clausula *appellatione remotâ*, ita ut ad omnia antecedentia extendi quidem possit, non autem ad consequentia, odiosæ enim restrictiones, ad sequentia se ordinariè non extendunt, nisi connexa sint hæc consequentia cum accedentibus. *6. Inquisitioni. 71. b. t.*

S E C T I O IV.

De Iudicibus, à quibus, & ad quos appellari potest, vel non potest.

§. I.

A quibus Iudicibus appellari potest, vel non?

Appellari regulariter potest per se à omni Iudice, qui sententiam tulit, & ve ordinarius, sive delegatus fuerit, etiam si communi consensu partium Iudicis talis imperatus fuerit, prout sumitur ex *Causam 14. de sentent. & re judic. non pro-* rogaverint in se Iudicis alius nec in jurisdictionem, cum in tali casu voluerit quidem approbasse sententiam, non tamen sententiam, contra quam nullum defensionis remedium sibi licet invenerunt. Intelligi tamen hoc debet de appellatione à quovis Iudice per se cità dictum, quòd appellari scilicet quolibet possit, nisi nullum ille superiorem, in ordine ad sibi competentem jurisdictionem, habeat. *Can. Ipsi sumus. & Can. Cuncta 17. causa. 9. q. 3. C. de* sententia enim appellationis est, ut sit Superiorem, ergo ubi non est Superiorem locum habere non potest appellatio, nisi Iudex non sit, sed merus Executor tantum, ut Arbitrator compromissarius, respectu horum nullam jurisdictionem habentium nulla possit fieri jurisdictionis suspensio, sicuti tamen fieri solet per appellationem propriè dictam.